

Oratio obedientiae praestitae nomine invictissimi  
dñi Ferdinandi Regis catholici & serenissimæ acq;  
catholicæ Ioannæ Reginæ eius filiæ Hispaniarum  
principū ad Iulium II. Pontificem maximū per illū  
Iustrem & magnificos oratores & regios cōsiliarios  
dñm Enricum atoleto : Ieronimum de vich: & Fer-  
dinandū tello Jurisconsultū habita in publico con-  
sistorio die tertia Iulii M.d.viii. nīsq: 1520. q  
nt. p. 1. f. 1. v. 1. m. 1. l. 1. s. 1. c. 1. d. 1. s. 1. l. 1.



Univ.-Bibl.  
München

**R**ex & Reginæ Hispaniarum principes  
Beatissime pater: quoq; iusu huc orato-  
res aduenimus: quo tempore nobis hoc  
tam graue legationis onus imposuere:  
non eram ignarus q; difficilis Prouincia mihi esset  
obeunda. Obuersabatur namq; in animo meo illa  
cogitatio: q; esset arduum maiestatis regiae sustinere  
personā: & tantarum rerum mādata exponere. Sed  
& illud perq; difficile homini infinitissimo (ut de  
me dicā) coram S:tua atq; splendidissimo hoc apo-  
stolico senatu orationē habere. Nō possum quidē  
nō subuereri: cū grauissimū summiq; oratores & phi-  
losophi caulas acturi: nec uerbū quidē emittere po-  
tuerint. Et nūc præsertim cum uoluntat animus tuum  
sacratissimā maiestatē tuā: tū diuinā & incredibilē  
sapientiā: tum Illustriū Cardinaliū sacrum ordinē:  
qui & ipsi lumina sunt & ornamentum Sedis tuae:  
quoq; nescio doctrinā an dignitatē magis admirer:  
merito optimoq; iure expauescerā: ne quid insipien-  
ti mihi (quod nolle) accideret: grauis profecto hac

farcina est: nec propriæ uires sunt quæ tanti talisq;  
casus molem ferre sufficient. Sed iam me recreat:  
hilariq; animo esse iuber sacratiſſimus uultus tuus:  
animicq; tui singularis benignitas: quo factū iri existi  
mo: ut eum imiteris cuius expræſsum & uerum es si  
mulachrum: cuiusq; uices geris in terris atq; innocē  
tissime representas coq; uocem quam partim timor  
p:æſſerat: partim hyemis asperitas & itineris dif-  
ficultas: audacem sonoram efficias ac clariorē. Prin-  
cipium ergo nostrorum mandata qualicunq; poten-  
tius sermōe certe nō ambitioso: nō fucato: nō sub  
dolo: sed ex præscriptis uerbis fideliter p:sequemur.  
Iussit in primis potentissima atq; catholica Ioanna  
regina: necnō piétissimus illius pf Ferdinandus rex  
catholicus & inuictissimus ex uolūtate filiæ atq; in  
credibili omniū procerū cōſensu Hispani orbis mo-  
derator/ut Beatitudinistuæ pedibus obuoluti San-  
ctissima uestigia oscularemur adoraremusq;. Dein-  
de ut huius obſequij apostolicae ſedi non minus de-  
biti q; exhibendi tam diuturnam moram excusare-  
mus tunc ut procuratorio ipsorum nomine negotio-  
rumq; ſuorum gestores omnes ſes ſuas tuo beatissi-  
me pater arbitrio ulla ſine cunctatiōe utendas trad-  
deremus. Tum demum ut ad bellī Aphrici expe-  
ditionem quod ingentis exercitus apparatu atq;  
munitione gerendum eſt ab Apostolica ſede ſup-  
petias auxiliūq; ſuppliciter imploraremus ex ful-  
ma hoc totius legationis noſtræ compendium.

Excusat se inq in primis Ferdinandus Rex non minus uera q iusta quadā excusatiōe q cū in ipso statī scelicis summi tui Pontificatus initio essent iā desig nati oratores : qui obseruantiam atq obedientiam Sedi apostolicā debitam & a suis decessoribus pre stari solitam delaturi essent: omnia sunt interturbā ta primum ancipiti morbo: deinde obitu omniū fœ minarum clarissimæ atq proinde dulcissimæ coniugis: totumq illud munus legationis in aliud tps est reiectum in quo posset cōmodius exerceri: hoc est in aduentū carissimæ filiæ ad quam hereditario Jure maioris Hispaniæ gubernatio erat deuoluta. Excusat se eadem Regina et quidem necessaria excusatione q in medio apparatu ad Sēdem apostolicam mittendi Legatos acerba simul & repenti na morte dulcissimi coniugis Philippi Regis orba ta in luctu ac mōrō degens atq uni tantum uiduitatis suæ dolori indulgens omnia in pientissimi patris sui optatum aduentum integra reseruabat. Excusat se iterum rex ipse Ferdinandus qui tam et si omnibus in coīmuhe expectatus aduenit atq oportuniſſimo suo aduentū cuncta quæ quaſ ex fu tura tempeſtate intumescebant: trāquilla reddidit ſuoq splendore illuſtrauit dum tamē procerum co natus explorat: & quali animo erga ſe quisq foret pertemperat dum regni uires expertas recolligit tem pus ipsum oratores huc mittendi in mediā hyemē incidit. Itaq cum primū per aeris clementiā licuit

nos misere pater & filia: per quos obseruantiam pie  
tatem ac religionem suam erga sedem Apostolicam  
declararēt: orantes ut huius obsequii sui intermissio  
nō negligentia sed necessitatē: nō superbiæ sed cala  
mitati: nō dissimulationi sed tēporibus tribueretur.  
Dedere insuper in mandatis catholica ipsa Regina  
eiusq; regnorū Gubernator & pater: ut eorū pionas  
& qd terra mariq; possident: quod pollent: quod ui  
gent: quod spirat: quod uiuūr: id omne sub potesta  
tem tuam mitteremus nihil excipientes: sed per par  
tes omnia simul de manu(uti aiūt) in manū trade  
remus. Tradimus itaq; tibi christi Vicario/ccecli cla  
uigero/mundi arbitrio: tuaq; sub ditione atq; obediē  
tia submittimus Regem Reginamq; nostros: nec  
non maiorem Hispaniam: cumq; illa nostri maris  
Insulas. Tradimus in Bethicæ partibus regnum  
quod vulgus Granate nomine appellat: christiano  
nomini olim a prime infensum. Tradimus & Ma  
humeteas olim gentes baptismilauacō iam rena  
tas: Iesum adorātes: catholicam & apostolicā fidem  
tenentes: qua Mahumedis festa spoucissime per  
multa tempora relicto dei cultu nephādis imbuta  
sacris: obscenis: Xpo rebelles: iasceruibant cerimo  
niis: quasq; hasta potēti catholicus ipse princeps chri  
stianæ fidei ditioni subiecit: ibiq; xpm Iesum inuo  
cari: psalmos per dies noctesq; ei decātari prēcepit:  
& dilectissimæ coniugis catholicæq; Reginæ filias  
patrimonio cumulauit. Tradimus & alterū oībem  
nostris nauigationibus exploratū atq; compertum

quodq; maiores nostri dubitaverūt an ex altero he  
misperio essent nobis antipodes multo illic plus ce  
li ac terræ nostroꝝ principū auspiciis explicatū est  
q; tota patet Europa. Nam quid ego referam maris  
indici dictas Insulas nuper inuētas atq; iam factas  
quasi subu; bana Hispanorū prædia earum gentes  
barbaricæ sectæ Idolog; seruas catholicæ fidei impe  
rio subiectas. Has quoq; sub imperiū tuum misse  
mus: atq; ut Poeta noster Lucan⁹ ait. Tradimus he  
sperias gentes aperimus eos. Offerimus insuper ti  
bi tuaq; sub obedientia submittimus in Aphricæ  
partibus quicquid iam nostro subiacet imperio nec  
non indubitatū ac deliberatum propositū quo prin  
cipes nostri exercitum suum potentissimum in dictis  
Aphricæ pribus se breui missuros existimāt. Aphri  
cam dico illam Romani huius Imperii quondam  
emulam illam quæ sub Adeodato pontifice atq; ire  
rum sub Stephano sexto Siciliam inuasit diripiuit  
atq; diu tenuit: illam que sub Gregorio quarto hāc  
totius orbis terrarū urbem pulcherrimā hostiliter  
euertit: sacraq; omnia pphanauit: Illā quæ sub Ni  
colao primo agrum beneuentanū pc pulata est: sub  
Ioanne xi Genuam Liguriæ urbem opulentissimā  
expugnauit: expugnatāq; uastam dedit: illā que sub  
Zacharia pontifice Hispanias prope omnes occu  
pauit: atq; usq; ad huius nostri principis tpa magna  
ex parte possedit: illamq; adhuc hodie nō cessat in o  
paronibus & epibatis atq; aliis nauigiis in Bethicæ  
oras grassati: hāc inq; quæ in nominis xpiani urbes

& oppida tot uulnera tantasq; strages dedit: modo  
ad sit diuina benignitas atq; sedis hui9 Aplicæ auxi  
liaris fauor pro uiribus pugnabimus ut paucis an-  
nis cogantur in tuam & nostram deditio nem ueni-  
re. Hæc una cura/hæc sola cogitatio catholico huic  
principi atq; magnanimæ illi uiragini Elisabæ Re-  
ginæ semper incubuit: qua uia:qua ratione bellum  
in Africam transserrent. Et quod de M. Catone illo  
censorio legimus nunq; Senatui interfuisse/quin de  
excidēda carthagine sententiā diceret: sic Regibus  
inq; nostris sermo ille frequenter in ore uerbabatur.  
quo pacto possent Mahumeteū genus ex Africa tol-  
tere. idq; iam esset magna ex parte confessū nisi eo  
rum ingentes actus unius inopina mors preuertis-  
set. Hæc nunc filiæ Reginæ uti debitum maternū  
atq; hereditariū in eam transmissum: hæc patris to-  
ta sollicitudo: qui his agendis die ac nocte per uigil  
laborat: quemadmodum suam & illius immortalis  
memoriae Reginæ uoluntatem ultimā exequatur.  
Non possumus tamen beatissime pater certa de fu-  
turiis polliceri: que diuina maiestas ceca caligine oc-  
culuit. Sed & illud palam erit: ut eo iuuante qui de  
suis thesauris producit uentos & illis imperat: teq;  
orante præclarus princeps hispanusq; populus pro  
uiribus propugnabunt: ipseq; dñs conteret hostes  
ante faciem nostram & officium nostræ salutis pro  
qua dominus noster Iesus christus prætiosissimum  
sanguinem suum effudit: lectumq; suum purpureū  
suauitatis fragantem odoribus. in quo ppiter nos

uita nostra obdormiuit in dñō: medio tam catholi-  
co ac deuotissimo principe christianæ fidei instau-  
rabit. At qui soletis uos Patres conscripti aliquando  
Hispanorum iactantiam irridere: quod multo plu-  
ra minētur: q̄ de se prestare possint. Estq; fateor hoc  
genti nostræ natura insitū. Sed hæc ipsa animi elati-  
o atq; arrogantia plerumq; utilis est. Nam pudet  
pauloante magna locutos impetus hostium nō sub-  
stinere. & quemadmodū degeneres animos timor  
arguit: ita generosos cōscia uirtus excitat. Hæc sunt  
Beatissime pater: quæ catholicæ maiestates Hispani-  
arum principes coram Sanctitate tua atq; orna-  
tissimo isto Senatu publice exponenda nobis dede-  
re in mandatis. Quæ sit autem belli gerendi ratio  
futura: quod tempus aut quæ occasio expectanda:  
in quibus Sedes tua nobis ad hoc se possit exhibe-  
re liberalē atq; auxiliatricem: postea cum libuerit  
Beatitudini tuæ latius enarrabimus.

DIXI.